



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LXXIV. De Parocho togam brevem violacei coloris gestante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

prio, sed ut Delegatus, & per specialem commissionem Pontificis, quia ibi adduntur verba, *nostra auctoritate*. Ad V. *Dist. conf.* ergo in potestate inferiorum est cognoscere & dispo- nere de actu per Pontificem confir- mato, ubi confirmatio habet tantum rationem accessorii, vel respicit actum aut omissionem merae facultatis, & in arbitrio petentium confirmationem

relictam. *C. conf.* ubi confirmatio est data per modum legis, actum ad be- avocantis, & non relinquens in ar- bitrio aliorum, ut ordinari contem- git, & praesumi debet, nisi de oppo- sito constet. *N. conf.* De prioribus intelligenda sunt jura in oppositum legata: de posteriori autem non de- decisio.

Finis Libri II.

DECRETALIUM GREGORII PAPAE
IX.

LIBER III.

TITULUS I.

De Vita & Honestate Clericorum.

DECISIO LXXIV.

De Parocho togam brevem violacei coloris gestantem

SPECIES FACTI.

Ruffus in celebri quodam oppido
Parochus togam violacei colo-
ris, & usque ad genua solum pro-

tenfam, sibi comparavit, in eaque
quoties in Urbe Episcopali comparuit.
Quo habitu indutum, & superbo

ipſis videbatur) per civitatem grefſu
incedentem conſpicati Canonici Ca-
thedralis Eccleſiæ curioſè indagârunt,
unde & quis eſſet, nescio quem Ca-
nonicum ex violaceo colore, ſibi
ſuſpicioſo, cum ſuſpicati. Re depre-
henſi Ruffum ad Vicarium Generalem
deſiderunt, qui juſſit illum, abjecta

hac veſte, nunquam ampliùs indu-
enda, tanquam Parocho non com-
petente, ac vanitatem ſpirante, de-
inceps incedere in habitu nigro uſque
ad talos protenſo, ſub pœna gravioris
multæ, & ſi hæc non ſufficeret,
etiam carceris, quem vulgo *Ruehe*
appellant.

Q U Æ R I T U R,

*An inferioribus Clericis, etiam Parochis, prohibitum ſit
geſtare veſtem violaceam, & brevem?*

Quo complectitur quaſtio hæc,
unum circa colorem viola-
ceam, alterum circa brevitatem veſtis
Clericaliſ. Primum non eſſe Clericis,
maximè Parochis Civitatenſibus, pro-
hibitum, veriſimile redditur I. Ex de-
ſectu Legis Eccleſiaſticae id prohi-
bitum, quamvis enim in *c. 15. h. t. &*
ſibi ſpõſita, Clericis interdictum repe-
ritur, ne utantur veſte undulata, vir-
gata, partita, ſeu variegata, h. e. di-
verſos colores aut flores panno intex-
ta, aut per artem ſuperinductos ha-
bentes: nullibi tamen reperitur prohi-
bitum unitus coloris, etiam
violacei. II. Ex uſu antiquo, vi cujus
veſte Baronio *ad annum Chriſti 393. n.*
omnes Clerici violaceo colore
veſtebantur. III. Ex Concil. Brachar.
l. can. 29. ubi Clericis prohibetur, ne
ſtillant in habitu, ſaculare quid redo-
dolente: ergo extra Eccleſiam idipſis
non eſt prohibitum. IV. Ex eo, quòd
dignitati Clericali, & Parochiali mul-
tum ſplendoris & auctoritatis accedat

ex ſplendida veſte juxta illud Quinti-
liani *lib. 8. in proœm. cultus magnificus
addit hominibus, ut Græco verſu teſta-
tum eſt, auctoritatem.* V. Ex communi
proverbio: *habitus non facit Monachum,*
ſicut proluxior barba, aut veſtis per-
trita, non facit Philoſophum, ut ait
Plutarchus. Et D. Hieron. *in epiſt. ad
Oceanum*, relatus in Concilio Aquis-
granenſi *can. 98.* pronuntiat: *non veſtis
tenera Clericum facit aut Sacerdotem, ſed
caſta mentis intentio:* ergo, modò bonus
ſit Clericus, parùm intereſt ſordidas an
ſplendidas deferat veſtes. Demum VI.
Ex ſtatu Ruffi, qui eſt Parochus in ali-
qua urbe, & ſimul Nobilis ſaltem exiſti-
matus: non autem eſt inconveniens,
ſi talis, præſertim ſi inſuper eſſet Do-
ctor, per veſtem alterius coloris ſe
distinguat à Clericis plebeiis, & Pa-
rochis Ruralibus: ergo.

Alterum adhuc minus habet diffi-
cultatis, partim quia paſſim uſus ob-
tinuit, ut Clerici, & Parochi, tam
intra quàm extra urbes incedant in

veste breviori, & sæpe ultra genua vix protensa: vestis autem Clericalis illa est conveniens, quæ consuetudini ac usui cujusque regionis est conformis. *can. 15. dist. 30.* partim quia brevitatis togæ pauperibus servit ad parcendum sumptibus, Parochis autem, qui multum discursare ad ægros, & ad Ecclesias filiales excurrere debent, ad munia sua expeditius obeunda.

Nihilominus quoad primam partem omnino tenendum est, rectè ab Episcopo, vel ejus Vicario Generali, inferioribus Clericis, & Parochis, etiam Civitatensibus, si Canonici Cathedralis Ecclesiæ non sint, vel in Dignitate Ecclesiastica non constituti, usu vestis violacæ interdici. Ita enim anno 1694. 28. Junii in una Mantuana decidit Rota; quamvis permiserit probationem antiquæ consuetudinis, quam pro suo habitu violaceo allegarunt Parochi Mantuanæ Civitatis, ut videre est apud Jacobum Emerix *decisione 1197.* Ita pariter docet Jacob. Pignatelli *to. 6. consult. 54.* Beneficiatis inferioribus indulgendum non esse habitum Canonicalem, ac probat exinde, ne confundatur ordo, & bona politia ac Hierarchia Ecclesiastica, allegans Decianum, Nattam, Peregrin. Menoch. Tholosanum, & plura exempla similia, addens, Canonicos debere à Beneficiatis inferioribus distingui habitu, sicut distinguuntur Sede & loco, in quibus præcipuè consistit præeminentia. Idem Pignatelli ad rem facientia ponit *in Consultat. 59. to. 6.*

Unde prima ratio resolutionis petitur ex confusione ordinis, quæ sequeretur exinde, si inferiores Beneficiati assumerent habitum Canonicalem vel in Dignitate Ecclesiastica constitutis competentem; cum quilibet modo vestes sibi congruentes assumere debeat. *Clem. quoniam. 2. pr. b. l. 1.* cut enim gestatio habitus æqualis æguit æqualitatem dignitatis, ita habitus inæqualis diversitatem dignitatis utique congruum est, ut habitus magis honorificus Superioribus relinquatur, & ab inferioribus non usurpetur, quæ Parochi, etiam Civitatenses, uti sunt respectu Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ, & aliorum in Dignitate vel Prælatura Ecclesiastica constitutorum: indecens autem est, quæ minor utatur eadem prærogativa cum majore. *text. & glos. inc. 6. de elec. in 6. Menoch. Conf. 902. n. 16. lib. 10.* Ratio secunda sumitur ex consuetudine; quæ in nostris locis solum Episcopis, Prælatibus, & Canonicis indulget vestes violacæ coloris: cujusmodi consuetudo in hujusmodi rebus maximè attendenda, ut notat Felin. *in c. pastoralis n. 4. Offic. Deleg. Jac. Emerix n. 2. decis. 1197. & decidit Rota decis. 4. n. 1. supra Elect. in Nov.*

Ad alteram partem quæstionis spectat, quamvis spectato Jure Canonico muni vestis Sacerdotalis deberet ad Talaris, seu usque ad talos perimere, ut docent plurimi DD. apud & in Clericato in *Decisionibus Misic...*

209. n. 7. & seqq. in hunc fi-
 nem adducente cum Marchantio tex-
 tum S. Joan. Apoc. 1. vidi similem
 sibi hominis vestitum podere, h. e. Sa-
 cerdotem indutum veste usque ad
 pedes sese porrigente; hoc enim
 significat poteris, vox à pedibus de-
 rivata. Qui Clericatus n. 8. cum
 Card. de Lauræa ex can. 1. seqq. caus.
 21. q. 2. c. 1. de Apost. Trid. Sess. 22.
 c. 1. Sess. 23. c. 6. & Sess. 24. c. 6.
 observat quoque, quod amit-
 tantur per depositionem vestis Talaris
 quæ nota privilegia Clericalia,
 nempe canonis, fori, immunitatis, &
 beneficiorum: item n. 9. addit, plu-
 res DD. peccati mortalis arguere Cle-
 ricos sine veste Talari incedentes.
 Færet Concil. Mogunt. celebratum
 anno 1549. quod can. 74. vult, ut
 Clerici vestibus longis atque Talaribus
 utantur. Quamvis, inquam, de Ju-
 re communi tenerentur Clerici ge-
 stare vestem Talam, & longam ad cal-
 ceos usque, idque valde decens,
 honestum, & dignitati gravitatisque
 Clericali præcipuis congruum sit;
 vi tamen consuetudinis in partibus
 nostris receptæ, præsertim apud Cle-
 ricos ruti degentes, nollem peccati
 rum facere illum Clericum & Sacer-
 dotem, aut privilegiis Clericalibus
 privatum asserere, qui breviori indu-
 tus veste nigri coloris incedit; cum
 consuetudo in hujusmodi plurimum
 faciat, ut paulò antè annotavimus.
 Unde cum ex recepta consuetudine
 approbem, vel saltem non improbem,
 vestes breviores, modestè tamen &

non ad vanitatem confectas, non
 habeo, quod opponam pro altera
 quæstionis parte superius adductis.

Objectiones verò contra nostram
 decisionem primæ partis haud diffi-
 culter diluo. Ad primam dicendo,
 quamvis positiva lex prohibens non
 existet, existare tamen congruentiam,
 & convenientiam naturalem, quæ
 prohibet ordinis & Hierarchiæ con-
 fusionem, & diversos status æquali-
 ter vestiri, aut pari prærogativa ha-
 bitûs gaudere; item existare consue-
 tudinem contrariam, quæ instar le-
 gis habenda est. Ad II. Hodie aliam
 esse introductam consuetudinem, quæ
 solis Episcopis, aliisque in Dignitate
 constitutis, atque Canonicis Cathedra-
 lium Ecclesiarum colorem viola-
 ceum reliquit. Ad III. Rectè ne-
 gari posse consequentiam; cum Jura
 non minùs, quàm consuetudines,
 etiam extra Ecclesias velint Clericos
 uti habitu Ecclesiastico, non sæcula-
 ri, vel vanitatem sæcularem redo-
 lente, cum diversitate tamen inter
 inæquales dignitate aut Beneficiò &
 Officiò personas observatâ: vel dic-
 cum Emm. Gonzal. ad c. 15. h. t. n.
 21. à Concil. Brach. adhibitam esse
 vocem *Lectores* (non *Clericos*) per
 quam rectè intelliguntur Cantores,
 seu pueri Psalmistæ, qui in gradu vel
 Ordine sacro necdum sunt constituti.
 Ad IV. Potiùs in Ecclesiâ & inferiorum
 Clericorum opprobrium cedere,
 quàm in honorem & splendorem, si
 majores & Superiores suos æmulari
 contendant inferiores in gestatione

habitus suo statui non competentis, & debitum ordinem perturbantis. Ad V. malè fieri hanc illationem; quamvis enim habitus non faciat Monachum, aut Clericum, Monachum tamen distinguit ab aliis Monachis, aut aliorum Ordinum Religiosis, quibus diversi habitus sunt præscripti, proin etiam habitus debet distinguere Clericos inferiores à superioribus, & iis,

qui altioris sunt ordinis, ne fiat confusio. Ad VI. Etiam Parochis, & quidem Civitatensibus, licet Nobilibus vel etiam Doctores, confuetudinem modernam, & debiti ordinis Ecclesiastici rationem, non concedere, sed prohibere vestem violacei coloris solum iis competentem, qui alio sunt ordinis & dignitatis.

TITULUS II.

De cohabitatione Clericorum & Mulierum

DECISIO LXXV.

De Parocho Consanguineam suam instar concubinae in suis ædibus habente.

SPECIES FACTI.

Venerat non ita pridem ad celeberrimam Thavmaturgæ Virginis ædem puella quædam, ut conscientia stimulis agitata saluti suæ consuleret apud B. V. in hoc loco ab antiquis sæculis admodum propitiâ, ac innumeris prodigiis & beneficiis quoad corpora & animas confluenti eò populo Christiano exhibitis clarissimam. Isthæc recensuit Confessario, quòd per plures jam annos degat apud proximum Consanguineum pinguis Parochia rectorem, & cum eo vivat instar conjugis; interrogata à Confessario, an non agnoverit, hæc esse gravissima peccata non tantum simplicis fornicationis, sed etiam sacri-

legii & incestus, reposuit, sibi quidem aliquando venisse scrupulos, sed ideo Confessario (utique plures simplici) rem totam se exposuisse, addito tamen, cognatum suum semper dixisse, hanc consuetudinem & amorem carnalem inter se, potest personas carnali consanguinitatis vinculo ab ipsa natura tam conjunctas, peccatum non esse diabolicum Cassitam ! quo audit (obstupescite.) Confessarium respondisse ajebat : novi perbene tuum Consanguineum, eumque virum doctissimum bene scio: quæ si is tibi hoc dixit, poteris pergere. O crassissimam ignorantiam Confessario.